

# DE GEMMARVM ORTV, LIBER PRIMVS.

*De lapidum & Gemmarum genera-  
tionis causis diuersis. Ca-  
put I.*



Numquenq; lapidem ex altero maximè duorū elementorum, terra scilicet vel aqua, conflare apud omnes rerum naturalium peritos, tam in confesso est atque naturali rationi peruium, vt nullus, ni vel leberide cæcior, addubitarit. Porrò qui lapides non perspicui sunt, ex terrea crassioreq; quadam substãtia, humido tenaci perfusa, generationis materiam mutuati sunt. Qui verò pellucidi visuntur, ex aqua præsertim consistunt, cui subtilis quædam terrea nec obscura materies immixta est, vt & in crystal-

Non perspicuorum lapillorū causæ.  
Pellucidarum Gemmarū causæ.